

# ELEMEN<sup>z</sup>

T A M V S I C A E,  
P R A C T I C A E  
P R O I N C I P I E N  
T I B V S.



L I P S I A

Anno.

M. D. LII.

# ELEMEN<sup>z</sup>

T A M V S I C A E,  
P R A C T I C A E  
P R O I N C I P I E N  
T I B V S.



L I P S I A

Anno.

M. D. LII.

PRÆFATIO.

IOHANNES  
REVSCHIUS ROTÆ  
CHENSIS BONAE INDOLIS  
puero Iulio Fritschio Mi-  
senensi, affini suo  
suauiissimo,  
S. D.



RAtificaturus pa-  
renti tuo, uiro bono,  
& de me, meaq; fami-  
lia optime merito, &  
tibi Iuli, de quo non  
paruam spem conce-  
pi, fore, ut aliquando  
in doctum uirum euadas, Elementa Musicæ  
practicæ ut sunt ante annos plus minus quin  
decim, mihi adhuc puero, ab Henrico Fabro  
Lichtenuelsio, piæ memoriam, quo tunc tem-  
poris præceptore utebar, propositi, iam de-  
novo collegi, eaq; pauculis in locis muraui, &  
nouis exemplis, puerilibus quidem illis, sed  
tamen ad rem, ut puto, perinentibus, auxi-  
Animaduerti enim tum, cum mihi ita nude,  
& sine perplexitate hæc præcepta traderentur

A z miram



PRÆFATIO.

miram breuitatis uim esse & efficaciam, adeo ut Horatius eam in tradendis artibus non im merito probarit.

Ea autem tibi dedico, optime Iuli, cum, ut parenti tuo hoc qualicunque officio grati animi significationem aliquam ostendam: tum uero, ut hac ratione, te quoque ad nobis lissimam hanc artem amandam & perdiscentiam, excitem. Si igitur Deo qui orium Literarum tibi large concessit, si parentibus, qui neque laboribus neque sumptibus parcunt, ut optimis disciplinis imbuanaris, si denique mihi, qui labore hoc qualicunque studia tua iuuare cupio, rem gratam facere uoles, haec Elementa ad unguem edisces: atque sic pulscherimam hanc artem, reliquis tuis studijs adiunges. Hoc si feceris, non dubitabo tibi recipere, & confirmare, fore, ut aliquando talis futurus sis, quem te optamus omnes, nempe pietate, eruditione, & morum comitate instructissimus. Quid ut fiat, faxit

Deus optimus maximus, quem oro  
ut te, tuosq; parentes honestis  
simus et fratres & sorores  
dulcissimae diuinissime  
seruet incolumes.

Vale,

Misenæ Cal. Maij, Anno

ELEMENTA MUSICÆ  
cæ practicæ, pro incipientibus.

Quid est Musica?

Est rectè modulandi scientia.

Quotuplex est?

Duplex. Choralis &  
Figuralis.

Quam uocas Musicam Choralem?

Cuius notule perpetuo unum cundemq; ualorem retinent.

Quam Figuralem?

Cuius notule nunc corripiuntur, nunc producuntur, pro signorum & figurarum diversitate.

Quot sunt præcipua Musices capita, quibus tyro opus habet?

## ELEMENTA

Clausis.  
Vox.  
Quinq;. Cantus.  
Mutatio,  
Figura.

## CAP V T PRIMVM.

### DE CLAVIRVS.

Quid est Clavis?

Clavis est vocis formanda index, linea adhaerens, aut linearum interallo, cantus uim & natum indicans.

Quot sunt Claves?

Viginti, scilicet,  $\Gamma$ ut, Are,  $\text{h}\bar{m}i$ , Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, Gsolreut. alamire, bfa $\text{h}\bar{m}i$ , csofaut, dlasolre, elami, faut, gsolreut, alamire, bbfa $\text{h}\bar{m}i$ , ccsofaut, ddlasol, cela.

Quotplex est ordo Claviun?

## MUSICÆ.

Capitalium.  
Triplex. Minutarum, &  
Geminatarum.

Quot sunt Claves capitales?

Otto.  $\Gamma$ ut, Are,  $\text{h}\bar{m}i$ , Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, Gsolreut. Sic dictæ: quod capitalibus seu minusculis literis scribantur.

Quot sunt Minutæ?

Septem. alamire, bfa $\text{h}\bar{m}i$ , csofaut, dlasolre, elami, ffa $\text{h}\bar{m}i$ , gsolreut. Dictæ minute, quod minusculis literis pingantur.

Quot geminatæ?

Quinq;, alamire, bbfa $\text{h}\bar{m}i$ , ccsofaut, ddlasol, cela. Sic dictæ, quia duplicatis literis notantur.

Solent ne omnes hæ Claves ante canas telenarum exordia signari.


Minime.

## ELEMENTA

Quotigitur ex eis signari  
solent?

Tres. Ffaut, c solfaut, G g solreut, quarum  
figuras in utroq; cantu sequens tabella indicat.

Characteres elati  
nium signatarum  
in cantu chorali. Characteres clavium  
signatarum in cantu  
figurali.



## CAPVT SECUNDVM.

### DE VOCIBVS

Musicalibus.

Quid est vox Musicalis

Est notularum nomenclatura. vel:  
Est syllaba, qua clavium tenor exprimitur.

Quot sunt voces Musicales.

Sex  
Vt, Re, mi,  
fa, sol, la.

## MUSICÆ.

Quomodo diuiduntur?  
In inferiores & superiores.


Quæ sunt inferiores?  
Ut, Re, mi. His utimur quando cantus ascen-  
dit.

Quæ sunt superiores?  
Fa, sol, la. His utimur, quando cantus descen-  
dit.

Sufficiuntne hæc sex voces ad quem-  
cunque cantum modulandum?  
Sufficiunt, quia necessitate urgente, subinde  
una in aliam mutatur.

Sequuntur vocum exercitia.

Fuga duarum vocum ex unisono post  
unum tempus.



## ELEMENTA

Aliud exercitium duarum uocum.  
Posterior vox priorem sequitur in hyperdiapente post unum tempus.



## CAPVT TERTIVM.

### DE CANTV.

Quid est Cantus?

Est sex uocum musicalium continua & apta digestio.

Quotuplex est Cantus:  
Duplex, Mollis, &  
Durus.

## MUSICÆ.

Quis est cantus mollis?  
Cantus mollis est, qui habet ut in f, & fa in b.

Quomodo cognoscitur?

Ex prescriptione b rotundi.

Exemplum.

Buga duorum ex unisono post unum tempus.



ELEMENTA  
ALIVD EXEMPLVM

duarum uocum.

Posterior uox priorem sequitur in hyperdia-  
tessaron, post duo tempora & semibreuem.



Quid est Cantus durus?

Cantus durus est, qui habet ut in G, & mi in b.


Quomodo cognoscitur?

Per absentiam b rotundi.


Exemplum.

MUSICÆ.

Duae uoces ex una, post duo tempora  
ex unisono.



ALIVD EXEMPLVM  
duarum uocum ex una, in hypo-  
diapente, post unum tempus.



Cantus

ELEMENTA.

CAPVT QVARTVM.

De uocum permutationibus.

Quid est mutatio?

Consonançias in aliam variatio.

Quot sunt regulæ mutationum?

Tres.

Prima. Omnis mutatio ascendendo fit per uocem Re, descendendo per La.

Secunda. In cantu molli tribus Clavibus mutamus, scilicet, in D, g, C. In d C g sumitur re, cantu ascendentे. In D C A sumitur la, cantu descendente.

EXEMPLVM MVTATIO-  
num in cantu molli.

Fuga duorum ex unisono, post  
unum tempus.



Aliud

MVSICÆ.



ALIVD EXEMPLVM

duarum uocum ex una fluentium,  
post scribucuem.



## ELEMENTA

Tertia. In cantu duro itidem in tribus Clavis mutatio contingit, scilicet, in D, A, & E. In D, et sumendum est re, cantu ascendentem; in e & assumendum est La, cantu descendente.

## EXEMPLVM MUTATIO-

num in cantu duro.

Duae uoces ex unisono, post unum tempus.



## MUSICÆ.

## ALIVD EXEMPLVM

duarum uocum ex una, in hyperdiapente, post tempora duo.



ELEMENTA  
CAPVT Q VINTVM.

DE FIGVRA.

Quid est Figura?

Est signum, quod uel uoce profertur, uel silentio mensuratur.

Quomodo diuiditur figura?

In notas & pausas.

Quid est Nota?

Est modulaminis character, linea uel linearum interitulo ascriptus, secundum quem ascensus & descensus cantilenæ formatur.

Quotuplices sunt notæ?

Duplices. Simplices &  
Colligatae.

Quæ sunt notæ simplices?


Qæ absq; colligatione alterius nota ponuntur.

MUSICÆ.

Quot sunt species simplicium notularum?

Qd:o.

Maxima



8

Longa

4

Brevis

2

Semibrevis

1

Minima

2

Semiminima


4

Fusa

8


Semifusa.

16



Da regulas aliquot generales, de notulis simplicibus.


Prima. Idem est in notulis simplicibus, siue eandem sursum, siue deorsum trahatur, hoc modo.



Secunda. Punctus à tergo notula ascriptus.

ELEMENTA


ex ea se quia alteram facit, hoc est, dimidiam partem  
ualoris addit, Sic:



Tertia. Figura duabus descripta caudis, nul-  
lam habere putatur. In hunc modum.




Idem est, quando uirgula per caudam dicitur,  
Sic:



Paradigma notularum simplicium  
duarum uocum.

PRIOR VOX.



MUSICÆ.



ELEMENTA.  
POSTERIOR VOX.




MUSICÆ.



ALIVD EXEMPLVM  
duarum uocum.

Superior vox



ELEMENTA



Inferio

MUSICÆ.  
INFERIOR VOX.



## ELEMENTA




Quæ sunt notulæ colligatae?

Quæ per virgulam colligantur, quam con-  
ventionem nulgo Ligaturam vocant.

Quæ sunt notæ Ligabiles?

Quatuor.



Duplici autem figura scribuntur, Recta scilicet  
et obliqua. Recta quidem quando duo vel plus  
corpuscula quadrata gradatim coherent, buna  
in modum.



Obliqua

## MUSICÆ

Obliqua, quando unum corpus quadratum lon-  
giusculè obliquatum pingitur, hoc modo:



Quotuplices sunt notæ Ligabiles?

Initiales  
Triplices Finales  
Mediae.

Quæ dicitur Initialis?

Quæ ligaturam incipit.

Quæ finalis?

Quæ ligaturam finit.

Quæ media?

Quælibet inter initialem et finalis clausa.

Quot traduntur regulæ de  
Initialibus?

Quatuor.


Prima.  
Secunda.  
Tertia.  
Quarta.

C. 2. Prima.

## ELEMENTA

Prima carens cauda longa est pendente secunda.  
da 

Secunda.

Prima carens cauda brevis est scandente secunda.  
da 

Tertia.

Estq; brevis caudam si leua parte remittat  



Quarta.

Semibrevis fertur sursum, si duxerit illam.  
Est quoq; semibrevis que mox annexatur illi,  


Quot traduntur regulæ  
de medijs?

Vnica.

Quæs;

Quelibet è medio brevis est  
  
Vna excipienda, ea scz. que initiali caudam ex  
finibus


## MUSICÆ.


sinistra parte erectam habenti, immediate est ana-  
nexa 

De finalibus quot traduntur regulæ

Tres.

Quæs;

Prima. Ultima concordans brevis est, que cunctis  
ligata 

Secunda. Ultima dependens quadrangula sit tri-  
bi longa. 

Tertia. Est obliqua brevis semper finalis ha-  
benda. 

Habentne hæ regulæ ex-  
ceptionem?

Habent.

Quam?

Excipitur caudam tollens ex parte sinistra, hoc  
est ultima, que initiali, caudam ex leua parte sur-  
sum ducenti copulata est, semper est Semibrevis.  


## ELEMENTA

**SEQ VITVR EXEMPLVM**  
*trium uocum de Ligaturis.*

PRIMA VOX.

The image shows three staves of musical notation from a historical manuscript. The top staff uses square neumes on four-line red staves. The middle staff uses square neumes on five-line red staves. The bottom staff uses diamond-shaped neumes on four-line red staves. All staves begin with a red C-clef. The notation is enclosed in vertical red bar lines.

**SECVnda VOX.**

MUSICÆ

A page of handwritten musical notation on five-line staves. The notation uses vertical stems with small horizontal dashes or dots indicating pitch and rhythm. The music is divided into measures by vertical bar lines. The first four staves are full-length, while the fifth staff ends with a double bar line.

TERTIA VOX.

ELEMENTA



Quid est Pausæ?

Est artificioſa uocis omiſſio.


Quot sunt Pausæ?

Septem.


Singulae enim notule, excepta maxima, suas paſſus habent, quibus ualore conueniunt.

MUSICÆ.

Nam  
hec  
Pausa



equiualet



Porro, posteriores due paſſe propter nimia-  
m uelocitatem, rariſſime uſurpantur.

Suntne & aliæ paſſæ?  
Sunt, Sede arum in cantu nullus est uſu.

Hoc autem obſeruandum eſt, paſſam genera-  
lem dici, quando Hemiciclus cum punto iſerto, in  
ſtar iridis ſupra notas ſcribitur. Quid quidem ſig-  
num omnibus uocibus ceſſationem iudicit.

Cuius rei hoc exemplum eſto.

Primus diſcantus.



ELEMENTA



MUSICÆ.



Secundus discantus.





ELEMENTA.



BIBLIOTHECA  
WROCŁAWIA  
Tertius discantus.




MUSICÆ.





Duo uero hemicycli laterum circumferentij ita  
transuerse coiuncti: ) ( : toties repetendi initij argu-  
mentū habent, quot utriq; sinui pūcta inscripta sunt  
Quemadmodum sequens paradigmā declarat.

Primus discantus.



Secundus discantus.




ELEMENTA



Tertius.



MUSICÆ.



Hæc ferè sunt, que huic tua etati conuenire sunt  
arbitratus, affinis suauissime. Quæ si diligenter me-  
memoria mandaueris non dubium rest, quin libellos a-  
liorum, qui banc rem copiosius tractarunt, maiori  
cum fructu legete & intelligere possis. Velim au-  
tem frequens exercitium adiungas: Vsis enim, ut in  
alijs rebus omnibus, ita in hac quoq; arte plurimum  
ualet, adeò, ut preceptiones sine eo parum admo-  
dum, aut nihil profint.


Quod superest I V L I, precor ut tua  
studia Christus  
Adiunet, & uite totius acta regat.

F I N I S.

LIPSIAE

EXPRIMEBAT VVOLF  
gangus Guntherus.







5  
fus meos ab  
bi laquos michi h  
extenārēt īlaq  
meis iuxta iuxta mīdūs.

**R e u s c h Johannes**

Elementa musicae, practicae pro incipientibus.  
(Lipsiae, exprimebat Wolfgangus Guntherus), 1553 8°

Wrocław BU 380808